



Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

17. Lysimachus multis in templo commissis sacrilegijs, ante ærarium interficitur. Calisthenes, cum sacras ianuas incendisset, incendio consumitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

bantur, & molestè ferebant, de nece tanti viri iniusta. Sed regresum regem de Ciliciæ locis, adierunt Iudæi apud Antiochiam, simul & Græci, conquerentes de iniqua nece Onia. Contristatus itaque Antiochus animo propter Oniam, & flexus ad misericordiam, lachrymas fudit, recordatus defuncti sobrietatem & modestiam. Accensisque animis Adu-
dronicum purpura exutum per totam ciuitatem iubet circunduci, & in eodem loco, in quo in Oniam impietatem commiserat, sacri-
legum vita priuari, domino illi condignam retribuente poenam.

*Ex eod lib. 2. cap. 4. & 8. Machabeorum. Ly-
simachus multis in templo commissis sacrile-
gijs, ante ærarium, interficitur. Caliphent,
cum sacras iannas incendisset, incendio con-
sumitur.*

C A P. X V I I.

Multis sacrilegijs in templo à Lysimacho commissis, Menelai consilio & diuulgata fama, congregata est multitudine aduersus Lysimachum, multo iam auro exportato. Turbis autem insurgentibus, & animis ira repletis, Lysimachus armatis fere tribus millibus, inquis manibus uti coepit, duce quodam tyranno ætate pariter & dementia proiecto. Sed ut intellexerunt conatum Ly-
machi, alij lapides, alij fustes validos arripere, quidam verò cinerem in Lysimachum ie-
cere: & multi quidem vulnerati, quidam autē

& pro-
funt.
interfe-
solyl
id est, C
num re-
ede pr
lx 2. e
territ
CV
in
m
ufallac
puria sa
cipiatum
Antioch
hunc effe
eu et co
dem loc
arvis qu
indique
bat in
sacrile
sinteri
li contig
liquidat
in Dei c
de flanc

& prostrati, omnes verò in fugam conuersi sunt. Ipsum etiam sacrilegum secus ærarium ^{z. Mach. 8.} interfecerunt. Et cùm epinicia agerent in Hiesofolymis, eos qui sacras ianuas incenderunt, id est, Calisthenem, cùm in quoddam domici-
num refugissent, incenderūt, digna illis mer-
cede pro impietatibus suis redditā.

*Le 2. Machabaorum cap. 13. Defunestio in-
teritu Menelai sacrilegi.*

C A P. XVIII.

VM Antiochus Eupator veniret cum multitudine magna contra Iudæam, cō-
misiuit se illis & Menelaus, & cù multa fallacia deprecabatur Antiochum, non pro-
pria salute, sed sperans se constitui in prin-
cipatum. Sed rex regum fuscitauit animos
Antiochi in peccatorem, & suggerente Lysia
hunc esse causam omnium malorum, iussit ut
enek consuetudo, comprehensum in eo-
dem loco necari. Erat autem in eodem loco
uris quinquaginta cubitorum, aggestum
alique habens cineris. Hæc prospectum ha-
bitat in præceps. Inde in cinerem iussit dei-
scerilegum, omnibus eum propellentibus
interitum. Et tali lege præuaricatorem le-
vocat mori, nec terræ dari Menelaum,
quidem satis iustè. Nam quia multa erga a-
mum Dei delicta commisit, cuius ignis & cinis
sanctus, ipse in cineris morte damnatus

B6

Ex